



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Quomodo differunt libellus et petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

Est enim libellus i. pposito breuis scriptura intentionem actoris continens contra aduersarius necessario inferens et concludens. vt notanter dicit Lampliozem. C. de appel. et eo. ff. c. i. caueant libellorum dictatores verbosis assertionibus vti scilicet ea solum scribant que compendiosa narratione possunt causas explicare vnde dicitur libellus diminutiuus a libro ppter sui breuitatem. vt dicit Guil. in spec. de libel. concep. §. in prin. sicut codicillus a codice. pot etiam dici libellus a libra i qua ponderatur iusticia sicut dicit Hof. Quod autem dicitur qd i quibusdam causis non sit necessarius libellus. petitio tamen in actis debet scribi. vt in clemen. sepe de verbo sig. In quo ergo differunt libellus et petitio cum etiam petitio continere debeat intentionem actoris et esse clara et certa et talis qd concludat necessario intentionem ad hoc vt secundum eam sententia certa ferri possit alias non esset apta.

¶ Quomodo differunt libellus et petitio.

Dicendum est in hoc qd i libello componendo seruanda est forma sed illa que formam respiciunt omittuntur in petitione vnde ipsa debet esse simplex admodum memorialis et in hoc alleviatur actor ita dicit pau. de liza. in alle. clem. sepe. et in omni causa siue civili siue criminali libellus est offerendus. siue actio sit personalis siue realis siue mixta Item et in offi. iudicis quod loco actoris proponitur vnde in omni causa dabitur nisi ius dicat ipsum vel disponat non esse dandum de quo plene in. c. i. de libel. obla

¶ Diuisio actionum.

c. ij.